Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

Respondit eis. Qui me sanum fecit. ille mihi dixit. tolle grabatum
tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo.
qui dixit tibi. tolle grabatum tuum et ambula. Is autem qui san
fuerat effectus. nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit ad tur
ba. constituta in loco. Postea inuenit eum ihs in templo. et dixit
illi. Ecce sanus factus es. iam noli peccare. ne deterius aliquid ti
contingat. Abiit ille homo et nunciauit iudeis. quia ihs esset.
qui fecit eum sanum. Of. Benedic anima mea domino et noli ob
liuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquilae iu
uen tus tua. Sec. Suscipe quesumus domine munus
oblata seruitutis. et tua propitius dona sanctifica. P. Cō Qui habi
tant in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. omnes inimici mei infirmati sunt et conturbati sunt retrorsum. et cito
confundantur ualde velociter. Cōpl. Presta quesumus domine spiritalibus
gaudiis nos repleri. ut quos actu geimus mente sectemur. P. Sup
plin. Exaudi nos misericors deus. et mentibus nostris gra
tiae tuae lumen ostende. P. dnm n. Sabbo in. iiij. tēporibus.
Intret oratio mea in conspectu tuo. inclina aurem tuam ad
precem meam domine. Domine deus salutis meae in die clamauit et
nocte coram te. Oremus flectamus genua. Leuate. Plin tuum
quesumus domine propitius respice. atque ab eo flagella tue iracundie de
mentes auerte. P. Lectio. I. Deuteronomij. In illo tempore locutus est
moyses ad dominum dicens. Respice domine de sanctuario tuo. et
de excelso celorum habitaculo. et benedic populo tuo israel. et terra
quam dedisti nobis. sicut iurasti patribus nostris. terram lacte et
melle manantem. Audi israel. hodie dnus deus tuus precepit tibi.
ut facias mandata eius atque iudicia. et custodias ex toto
corde tuo. et ex tota anima tua. Dnm elegisti hodie ut